Copyright: Melk, Benediktinerstift

quo sequendus esset edocuit. qui spes nostra
tenenda. quo animus dirigendus instruxit.
Quid tamen fiet frater. quod michi ipse sum conscius.
conscendere arduum illud iter ac penetrare non
potero. ita sarcina molesta me pregrauat. et
peccati mole depressum non negatur in astra
conscensu. seua miserabilem ducit in tarta-
ra. Spes tamen superest illa sola. illa postre-
ma. ut quod per nos obtinere non possumus. sal
tem pro nobis orante martyno mereamur.
Sed quid te frater diutius occupo epistola tam loquaci. et
moror que uenturum. simul iam pagina im
pleta non recipit. Illam tamen hec fuit ratio ser-
monem istum longius proferendi. ut quia doloris
nuntium epistola deferebat. eadem tibi ex quo-
dam nostri confabulatione prestaret carta sola
tium. **Incipit epistola sulpicii seueri ad sororem suam basulam.**

SULPICIUS seuerus basule parenti uenerabili salutem. Si pa
rentes uocare in ius liceret. te plane ex
pilationis furtique ream ad pretoris tribu
nal iusto loro traherem. Quid enim non con-
querar quam a te patior iniuriam. Nullam
mihi cartulam domi. nullum libellum. nullam
epistolam reliquisti. ita furaris omnia. ita
uniuersa diuulgas. si quid ad amicum fami
liariter scripsi. si quid forte dum ludimus. quod ue-
lim tamen occultum esse dictaui. omnia ad
te prius pene quam fuerint scripta aut dicta
ta perueniunt. Nimirum ob eratos habes
notarios meos. per quos uel nostre ineptie publi
cantur. nec tamen aduersum eos possum moue
ri si tibi parent. quia iniurias nostrum ex tua potis-
simum liberalitate ueneruntque adhuc tuos
quam meos esse meminerunt. Tu sola es rea tu
sola culpabilis. que et mihi insidiaris et illos
fraude circumuenis. ut sine delicto ullo

familiariter scripta aut negligentius admis
sa inlugubrata uel penitus atque inpolita tradan
tur. Nam ut de reliquis taceam. rogo quemadmodum
tam cito ad te epistola illa potuit peruenire quam nuper
ad aurelium diaconum scripseram. Ego enim tolose
positus. tu treueris constituta. et tam longe a patria
filio inquietante diuulsa. qua tandem familia
ritate illam epistolam occasione furata es. namque ac
cepi litteras tuas quibus scribis in eadem epistola. quia de
obitu domini martyni fecerim mentionem. ip
sum beati uiri transitum exponere debuisse. quasi
uero ego illam epistolam aut legendam alii preter quam
ipsi ad quem missa uidetur ediderim. aut tanto
ego sim operi destinatus. ut omnia que de mar-
tyno cognosci oportet me potissimum scri
bente notescant. Itaque si quid de obitu sancti episcopi
audire desideras. ab illis potius qui interfuere
cognosce. Ego uero nichil statui scribere. ne ubi-
que me publices. Tamen si das fidem nulli te esse
lecturam. paucis tue satisfaciam uoluntati.
Itaque te prestabo his que mihi sunt comperta partici
pem. **De obitu sancti Martyni.**

MARTYNUS igitur obitum suum longe ante
prescivit. dixitque fratribus dissolutionem sui cor
poris imminere. Interea causa extitit qua
condatensem diocesim uisitaret. Nam clericis inter
se discordantibus ecclesie illius pacem cupiens re
formare. licet finem dierum suorum non ignoraret.
proficisci tamen ob huiusmodi causam non recusa
uit. bonam hanc uirtutum suarum consumma
tionem existimans. si pacem ecclesie redditam re
liquisset. Ita profectus cum suo illo ut semper fre-
quentissimo discipulorum sanctissimoque comi-
tatu. mergos in flumine conspicatur piscium sequi
predam. et rapacem ingluuiem assiduis urgere
capturis. forma hec inquit demonum est. in
sidiantur incautis. capiunt nescientes. cap